

Author: Faernus

Title: 63. Fullo et Carbonarius

URL:

<https://archive.org/details/fabulaecaesopica00came/page/144/mode/2up?view=theater>

63. Fullo et Carbonarius

Fulloni instaret cum carbonarius olim,
viveret ut secum atque habitaret in aedibus isdem:
quonam, ait ille, modo, genere in tam dispare quaestus,
tecum habitare queam? nam quae ipse a sordibus alba
reddidero, tu rursum atra fuligine tinges.
Ingenii tibi dissimilis consortia vita.

olim,
cum carbonarius
instaret fulloni
ut viveret secum
atque habitaret in isdem aedibus.
ait ille:
"in tam dispare genere quaestus,
quonam modo queam habitare tecum?
nam
(haec) quae (ego) ipse reddidero alba
a sordibus,
tu rursum tinges
atra fuligine."
vita

consortia ingenii
tibi dissimilis.

meter: dactylic hexameter

Fullo·n~ insta·ret quum · carbo·narius · olim,
viveret · ut se·c~ atqu~ habi·taret in · aedibus · isdem:
quon~ ait · ille, mo·do, gene·r~ in tam · dispare · quaestus,
tec~ habi·tare que·am? nam · qu~ ips~ a · sordibus · alba
reddide·ro, tu · rurs~ at·ra fu·ligine · tinges.
Ingeni·i tibi · dissimi·lis con·sortia · vita.